In Christi nomine Amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, indictione quintadecima, die dominico septimo mensis Iunii in villa noctis paduani districtus in prataria dicte ville in strata que dicitur et pro decretorum / presentibus nobilibus viris dominici Jacobino de tregnano filio quondam antonii et nicolao brochato q. johannis omnibus habitatoribus in dicta villa noctis testibus ad hec omnia infrascripta adhibitis vocatis specialiter et rogatis. Cum sit et fuerit honorabilis vir dominus Baldus q. commendabilis viri domini Bitheus michaelis eius et habitator paduae in strata sancte lucie suo nomine et nomine et vice egregii legum doctoris domini Jacobi eius fratris et filii q. dicti domini Bitheus a quo promisit de rato et ratihabitione dedisse et esset traditum et transmisisset atque mandavisset et in solutum dedisset ad proprium et iure proprio et perpetuum cum consensu viri domini johanni nubeo dimpero q. honorabilis viri domini bonifacii nubei habitatoris paduae in strata domini unum petium terre prative simpor viginti positum in territorio ville noctis paduani districtus in strata que dicitur / pro dimensione quibus dicit ab una parte fluminis brenti viaretis. Et hoc per pretio librarum sexcentarum vigintiquinque quorum dicti dominus Baldus dans nomine se nomine pecunie nomine dicti domini johannis nubei constituit dictum petium terre prative possidere donec de ipsa petia terre prative corporalem accepit possessionem et tenutam dans eidem domino johanni nubeo licentiam confirmandam ut ex nunc prout ex tunc sua autoritate dictam tenutam et possessionem corporalem accipe / prout de predictis omnibus patet publico instrumento dativo insolutum scripto et in publicam formam redacto manu domini andree filii domini de buonlenta notarii publici in millesimo quadringentesimo trigesimo quinto indictione tertiadecima die sabati vigesimo septimo mensis augusti cum notis infrascripto viso et lecto / Id circo discretus iuvenis Bitheus filius domini johanni nubei predicti nomine nomine patris sui et ut pater dicti eius patris ut constitutus habere mandatum ad infrascripta tam autoritate propria quam ex locatione et potestate dicto eius patri adeo domino Baldo in solutum dati tradita et grossolenus predicti Bitheus nomine eius patris ingressus tenutam et corporalem possessionem supplice petie terre prative / apprehendit et ingressus fuit intrando eundo et exeundo ac pedibus calcando de terra et erba in manibus accipiendo huc et illuc et dicendo ego intro tenutam et corporalem possessionem / nullo contradicente / assendo et protestando ex nunc prout ex tunc non tam corpore sed et animo possidere. Et hoc si melius modo via iure et forma quibus magis et melius potuit et potest. /

Ego antonius filius q. domini donati de noctis eius et habitator eiusdem paduae in quarterio pontis altinati centenario sancte sophie et strata sancte eufemie publicus imperiali autoritate notarius hiis omnibus suprascriptis interfui et rogatus fideliter scripsi. ~

Et ego petrus paulus filius domini de spinellis imperiali autoritate notarius et iudex ordinarius suprascripta instrumenta recepimus ego autentico et cum suprascripto autentico una cum andrea de bragario musaltrino cum suprascripto autentico. Et in fidem premissorum me subscrissi. / Laus deo =